BEDA VENERABILIS. BOETHIUS. GILBERTUS PORRETANUS

Ende 12. Jh .

Seite 72v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=496
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

naturaliter dicuntur: quedam ei status uocantur eo quod non sic. Iccirco uero aliter retinens has quibus aliquid est mensuram et qualitatem
et maxime subsistentiam illius statuat. Nam sepe mutante colore et tamen uel uni. uel quibus et cubitorum linearum. semper
autem in nomini subsistentiis manentibus. homo nunc hic nunc illo situ uel loco uel habitu uel relatione. uel tempore uel
actione uel passione statuitur. Et idem permanens secundum extrinsecus accidentia uariatur. Idem est enim homo
sedendo quod stando et extra domum quod intus. et inhermis quod armatus. et dominus quod seruus et mane quod uespe
et quiescendo quod agendo. et letus quod tristis. Sciendum tamen est esse aliqua que cum sint alie hominum generum. tamen se
cundum illa dicitur esse generatio et corruptio subsistentium ut incorporatio et animatio quas habet
genere. Cum enim corpus animatur. uel anima incorporatur fit hac corporis et anime coniunctione generatio animalis.
Itemque corporis et anime disiunctione generatio eidem animali corruptio. Unde animatio corporis
et incorporatio anime subsistentie esse uidentur. et sunt utique sed neque anime neque corporis sed illius quod ex his compo
situm est animal. Anima namque post sui incorporationem perfecta est anima et corpus post animationem perfectum corpus est.
Animal uero nec est nec esse potest animal preter anime incorporationem et corporis animationem. Itaque anime et corporis
sunt extrinseci habitus. animalis autem et sue generationis et corruptionis subsistentie. Generationis
et corruptionis dico quoniam sunt alie uiuentis nominis subsistentie. que numquam a subsistente recedentes perpetue
uocantur. ut corporalitas et illa qua anima est et dicitur generis species. que nominis corporis et anime unum et homini sunt perpetue sub
sistentie. Sic enim anima hominis numquam desinit esse generis species. neque corpus eius esse generis corpus. ita homo et firmi
to corporis et anime habitu desinat esse homo atque animal. numquam tamen desinit esse corpus et species. Sic autem di
uina potestate hec perpetua ante quam esset aliquid his perpetuis subsistentiis. eis aliquid esse potu
erit. postea uero solo auctore deo quod potuit esse fuerit. et in his ipso solo continente. perpetuo manserit ac manebit
et ideo necessario sic futura dicuntur: ita in diuina potestate predicti atque huiusmodi generationis et cor
ruptionis aliis habitibus et hi quillorum potestatem secuntur eorum subita ante generationis seu corrup
tionis sue tempus et generari et esse et corrumpi potuerint. postea uero deo sola uoluntati sue causa operante
generationis et corruptionis motibus diuersos status habuerunt. Nam ut ceteris taceam homo animatione cor
poris et anime rationalis incorporatione homo atque animal fit. Et autem recte credentium fides quod hanc in hoc anime et
corporis compage sine aliqua corruptione diuina conseruasset uoluntas. si homo ipsi factoris sui mandata
seruasset. Cum uero mandati preuaricatione penam meruit. dei iusticia ex sue uoluntatis unica causa
multorum generum passionibus et corporis et anime dissolutione afflixit illum. Postea uero tamen placuit illi iustifi
care peccantem. assumere deiectum. reformare corruptum. et illa reformationi nata eundem
deinceps sine fine seruare. Ante peccatum igitur fuit et post reformationem futurus est immortalis. Sed ante peccatum
quia potuit non mori post reformationem uero quia non poterit mori. Ante tamen peccatum mori potuit. post pec
catum uero non potuit non mori. Unde neque mori neque non mori ante peccatum impossibile fuit. Sed ut dictum
est et post peccatum non potest non mori et post perfectam reformationem non poterit mori. Unde et inter hominis sub
sistentias quibus ipse uere est aliquid. hec post peccatum necessaria mortalitas ipsi a philosophis numerata est. et in
illa quam eidem esse exponunt diffinitione posita. Cum enim ab illis quereretur quid est esse hominem.
Responderunt esse animal rationale mortale quod per horum usum quidam nostri temporis et christiane professioni de
cepti dubitauerunt an post resurrectionem uere homines futuri sint quod eis minime uidebatur eo
quod humane subsistentie parte. hoc est mortalitate carituri sint. Nos autem uidetur quod neque

Animationem sensualitas et ue getacio secuntur.